



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 43. De manso tradito in villa Bochem in pago Nithega.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

uuiching hilduin liutger althard uuulfric ricmund redfrid uuicbert (U) badered uualdric fiiuan.

gubernante Corbeiam Waringino.

§. 43.

Tradidit hrodulfus in bochem (V) mansum unum testes uuulfheri folcuuard grinheri hunnuard folcheri feriger bedic uuidugo hemmo cilbold.

§. 44.

Tradidit ofdag (W) in uilla uualdisleif (X) similiter uiginti et quatuor homines quorum ista sunt nomina ofdag halecbern thiadulf ofuuig meindag foduuert tutto landuerec et fratres eius fridugert ofiner germer uuilhund bruni elli adalger othret bosuc alfred uuicred brunger et fratres eius adalger berenger thiadger testes tudo hiduini uuichern reinhern io cirbert tadil uuilram fridugert.

§. 45.

Tradidit arnulf in pago abugo (Y) in uilla oadnothesbus (Z) mansos II et iurnales VI pro se et fratribus suis testes arnulf arinold alculf maccula folcold kedi riculf bennica.

§. 46.

Tradidit andger in uualdgeresleuo (a) quidquid habuit testes marcuuard deddo rothat hrothard uuerin.

§. 47.

- (U) *Wicbert* an filius *Widekindi* M. fraterque *Immadi* comitis fuerit, iudicent alii. De *Wicberto*.  
 Fortassis *Immadius*, filius *Widekindi* nati maximus, ipse fuit. De villa *Bochem*, in pago *Nethga* obuia, vide infra §. 98.
- (V) De villa *Bochem*, in pago *Nethga* obuia, vide infra §. 98.
- (W) De *Osdago* vide supra §. 42. not. (T). Eum praepotentem virum fuisse, ex hac traditione quoque apparet, quippe qui tam multos homines proprios elargiri potuit, quorum tamen multos sine dubio ipse sibi retinuit atque referuauit. De *Osdago*.
- (X) De villa *Waldisleif* iam supra §. 28. egimus, ad quem curiosum lectorem remittimus, qui ibi docetur, eandem villam in pago *Northsburingi* quondam existisse. Id ipsum comprobatur nostro Registro saepe iam excitato. De villa *Waldisleif*.
- (Y) (Z) Quanam in regione pagus *Abugo* sit constituendus, nos ignorare fatemur. D. Editor *Originum Pyrmont*. p. 13. seq. eundem pagum in regione *Wiseræ*, ubi praefectura *Forst* est sita, videtur collocare. Sed in terra ibidem obuia nullus restat locus, in quem poni possit pagus, nisi, hunc in aere versatili locandum esse, crediderimus. Cum enim pagus *Logne* ad *Wiseram* usque, et ad locum *Bodenfelde* procurret; ibidem vero pagus *Auga* in villa *Wirjesi*, hodie *Wirjesen*, e regione *Heristalli* Saxonici, quod *Vifurgis* tantum diuidit a *Wirjesi* villa, rursus habebat initium, et ex hac parte *Vifurgis* in *Sollingano* saltu descendebat usque ad villam *Illisam*, villam desolatam intra *Solingum* in loco dicto adhuc *die Ilfen*- seu *Ilfchengrund*: porro in eodem tractu ad villam *Sunderessan* intra campum *Bruckenfeld* in loco dicto *Sunderen*, et deinde (ut alias taceamus) villam *Aldenthorpe* ad *Holtzmindam* oppidum, et septentrionem versus *Varstan*, id est, praefecturam *Forst* eodem in pago *Auga* inuenimus, nullus locus reliquus est, in quo pagus *Abugo* sit collocandus. Versus meridiem enim, si haec regiones a stante in ipso monasterio *Corbeia* prospiciuntur, erat pagus *Suilbergi* in comitatu *Dasseliensi* et saltu *Sollingano*, versus orientem autem pagus *Wikanauolde* in praefectura *Wickensen*, quippe in quo fuerunt *Ngunburni* (*Negenborn*), *Aldantborpe* (*Stadt Oldendorp*), *Aschereshusen* (*Eschershusen*), et *Goldbiki* (*Golmbach*), iter dimidiae horae ab *Amelunchsborn* monasterio distans, a monasterio *Corbeia* vero tantum duo millia. Discedamus ergo in praesentiarum ab *Abugo* pago, alio tempore in situm eius studiose inquisitioni. Interim confer infra §. 208. not. (†). Mappas geographicas *Homannianas* vicina *Holtzmindae* loca vitiose exhibere, obiter indicamus.
- (a) *Waldgeresleuo* villa a quodam *Waldgero* denominata esse videtur, quis autem is fuerit De villa